



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitulare triplex anni DCCCVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

CAPITVLARE TRIPLEX

ANNI DCCCVIII.

Nunc primum editum ex veteri codice MS. sancti Vincentij Metensis.

IN ANNO OCTAVO CAPITVLA CVM PRIMIS
CONFERENDIS.

- I. De latronibus & furibus.
- II. De falsis testibus.
- III. De perjuris.
- IV. De fugitivis.
- V. De hominibus appensis propter leves culpas.
- VI. De moneta.
- VII. De roccis & sagis.
- VIII. De mercato palatij nostri.
- IX. De marcha nostra custodienda terra marique.

ITEM VBI SVPRA.

I. De marcha ad prævidendum uniusque paratus sit illuc finanter venire, quandocunque necessitas fuerit.

II. De latronibus, ut melius distingantur. Et ut nullus hominem pendere praefumat nisi per judicium. Si vero aliquis sine culpa penditus fuerit, & ibi moritur, tunc ab eo qui cum sine judicio pendit proxinis parentibus sit compotitus. Et si ibi mortuus non fuerit, sed vivens evaserit, tunc sibi met sit compositus, & res & mancipia sui in fisco non cadent. De servis vero, si quis alterius servum absque judicio & sine culpa pendiderit, & ibi mortuus fuerit, vveregildus ejus domino solvatur. Et si de ipsa morte evaserit, ipse ipsam iudem recipiat, & liber postea permaneat.

III. Ut nullus testes mittere in judicium praefumat; sed Comes hoc per veraces homines circa manentes per sacramentum inquirat; ut sicut exinde sapiunt, hoc modis omnibus dicant.

IV. Ut nullus se perjurare praefumat.

X. De navibus quas facere jussimus. XI. Ut ea que constituta sunt a fideli bus nostris observentur, & iustiones nostra impleantur.

XII. De tempore alterius placiti nostri, & qui iterum ad illum placitum venire debeant.

XIII. De hominibus filiorum ac filiarum nostrarum, quos Missi & Comites disstringere non audent.

ITEM VBI SVPRA.

Et si fecerit, sicut in anterioribus capitulis mandatum est, manum perdere aut redire. Et hoc omnibus admuniatum fiat, quid perjurium aut falsum testimonium noceat.

V. De emptionibus & venditionibus, ut nullus praefumat aliter vendere & emere sagellum meliorem duplum viginti solidis, & simplum cum decem solidis. Reliquos vero minus. Roccum martrinum & lutrinum meliorem triginta solidis, simifinum meliorem decem solidis. Et si aliquis amplius vendiderit aut empferit, cogatur exsolvere in bannum solidos quadragesima, & ad illum qui hoc invenierit & eum exinde convicerit solidos viginti.

VI. De fugitivis hominibus, ut ubique inventi fuerint, ille qui cum retinet bannum dominicum solvere cogatur, & ille fugitivus absque dubio in patriam ad dominum suum revertatur.

VII. De monetis, ut in nullo loco moneta percutiatur nisi ad curtem; & illi denarij palatini mercentur, & per omnia discurrent.



ITEM

ITEM DE ANNO VIII.

- | | | |
|------|---|--|
| I. D | E pace infra patriam. | adquisierunt postquam patres eorum & parentes duci sunt. |
| II. | De Canonicis & monachis. | VII. De decimis & nonis. |
| III. | Defalso testimonio & perjurio. | VIII. De latronibus & disciplina eorum. |
| IV. | De his qui se fraudulenter ingenuarent & aliqui optumefecunt. | IX. De operibus palatij ad Vermerium. |
| V. | De fallis monetariorum. | X. De illo broilo ad Attiniacum palatum nostrum. |
| VI. | De illorum hominum conquisitu qui modò foris duci fuerunt, & postea | |

CAPITVLARE PRIMVM
ANNI DCCCIX.

Nunc primum editum ex veteri codice MS. sancti Vincentij Metensis.

CAPITVL A QVÆ DOMNVS IMPERATOR AQVIS PALATIO
CONSTITVIT IN ANNO NONO.

- | | | |
|-------|--|--|
| I. D | E Ecclesiis non bene restauratis. | torium ei qui malè facit aut responderat. |
| II. | De causis quæ cotidie non cessant. | XV. Ut Missi nostri per misericordiam viriliter in omnibus agant. |
| III. | De pace latronum. | XVI. De testibus, sicut in anterioribus capitulis continetur, ut jejuni ad placitum veniant, & postquam comedent, nec testimonium dicere nec sacramentum jurare possint. Et ut priusquam jurent, se parati dicuntur. |
| IV. | De concordia fidelium nostrorum. | XVII. Ut nullus præmium recipiat propter iustitiam tollendam. |
| V. | De fugitivis quos non cessant recipere & abscondere. | XVIII. De mercatis, ut in die dominico non agantur, sed in diebus quibus homines ad opus dominorum suorum debent operari. |
| VI. | De vagis peregrinis qui propter Deum non vadunt. | XIX. De pontibus & viis, ut nullus ibi telonem accipiat. Et ut nullus cogatur ad pontem ire ad flumen transendum propter telonei caufam, quando ille in alio loco compendiosius illud flumen transire potest. |
| VII. | De homicidiis. | XX. Ut omnes judicio Dei credant absque dubitatione. |
| VIII. | De monitis & mensuris modiorum & sextariorum. | XXI. Si Presbyter christina dederit, ab Episcopo degradetur, & postmodum a judice manum perdat, si propter judicium subvertendum hoc fecerit. |
| IX. | De beneficiis nostris non bene condrectis. Et ut nona vel decima per omnia donentur. | XXII. Ut judices, Vicedomi, Praepositi, Advocati, Centenarij, Scabinei boni & veraces & mansueti cum Comite |
| X. | De Clericis & Vassallis, ut nullus sine licentia domini sui recipiatur. | |
| XI. | De mezibani, id est, de latrone forbannito. Ut unusquisque Comes alio mandet, ut nullus cum recipere audeat. Si liber eum suscepit, solidos quindecim componat. Si servus, centum viginti ictus accipiat, & insuper dimidium caput ejus tondeatur. | |
| XII. | Ut nullus absque iustitia pauperem & inopem expoliare praesumat. | |
| XIII. | Ut nullus ad placitum venire cogatur nisi qui caufam habet ad querendam; excepto Scabinis & Vassallis Comitum. | |
| XIV. | Ut nullus audeat prestare adju- | |
| | Tom. I. | Gg |